1 pos[sidente]s *folio lacero Vat.* 2 pp. x kl. *(sic Vat.,* id. *Cui.)* ianuar. romae sabano *(sic Vat.)* et rufino *Vat. Rufinus praefecturam gessit a die 315 Aug. 20 ad 316 Aug. 3*

IIII, 11, 2 [= 13, 2 Haenel] (349 Iun. 22).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. ARGYRIO PRAESIDI. Annorum quadraginta praescriptio, quam vetustatem leges ac iura nuncupare voluerunt, admittenda non est, cum actio personalis intenditur. Quare in praesenti et in ceteris causis id potissimum servabis atque custodies, nisi iure veteri comprehensum sit actionem, quae movetur, propter vetustatem non debere moveri. Sed quamvis actio pecuniae postulatae exceptione temporis non finiatur, iudex tamen debet inspicere, quae temporis intervalla nullis iustis causis exsistentibus fluxerint, et instrumenti vetustatem, ut diligentius his consideratis ex officio iudicantis, quid pronuntiari super huiusmodi actionibus oporteat, aestimetur. DAT. X KAL. IVL. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

INTERPRETATIO. Quamvis indebito longi tem. . . .

*Vaticanus reginae 520 f. 94, 5 (hic finiens). Inde edidit primus Cuiacius a. 1566.*

1 constantinus *Vat.* 2 uetustatem leges] *Cuiacius,* uetustas legum *Vat.* hac *Vat.* noncupare *Vat.* 4 custodies] *Vat.,* custodias *Cui.* nisi] *expectamus* etsi 7 fluxerunt *Vat.* 9 catulino *Vat. Interpretationis quae supersunt verba om. Cui.*

## XII. AD SENATVS CONSVLTVM CLAVDIANVM.

*In Theodosiano integro inter titulum hunc et eum qui praecedit plura possunt adfuisse; eum ibi locum habuisse ante titulum qui nunc est 4, 13 constat per librum T. Numeratum eum in integro esse aut* XIII *aut* XIIII *inde colligitur, quod in T in superiore margine paginae, quae continet constitutiones huius ed. 12, 4—7 et 13, 1. 2, legitur* t. xiiii *fierique potest, ut supra haec fuerit* t. xiii. — ad senatum *(sic)* consultum claudianum *(sine numero) Vat.* — *Iust.* 7, 24: de senatus consulto Claudiano tollendo.

IIII, 12, 1 [= 11, 1 Haenel] (314 Apr. 1).

IMP. CONSTANTINVS A. AD PROBVM. Si quae mulieres liberae vel a servis vel a quolibet alio vim perpessae contra voluntatem suam servilis condicionis hominibus iunctae sint, competenti legum severitate vindictam consequantur.
1 Si qua autem mulier suae sit immemor honestatis, libertatem amittat atque eius filii servi sint domini, cuius se contubernio coniunxit. Quam legem et de praeterito custodiri oportet. P(RO)P(OSITA) KAL. APRIL. VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Per vim contra voluntatem servo iuncta alieno et vindictam consequitur. Si vero sponte fit ancilla, et eius filii servi sunt.

*Vaticanus reginae 520 f. 95 (non cohaerens cum f. 94), 1. Inde edidit primus Cuiacius a. 1566.*

1 Probum] *mag. incertus* 2 perpessa *Vat.* 3 seueritatem *(corr. m. rec.) Vat.* 4 ammittat. *Vat.* 6 uolosiano et aniano *Vat.*

IIII, 12, 2 [= 11, 2 Haenel] (317 Ian. 28).

. . . . . . . . . DAT. V KAL. FEBR. GALLICANO ET BASSO CONSS.

INTERPRETATIO. Septem testibus civibus Romanis praesentibus tertio ex senatus consulto Claudiano denuntiandum.

*Vaticanus reginae 520 f. 95, 2 ad marginem manu prima. Inde edidit primus Cuiacius a. 1566.*

2 senato consulto *Vat.*

IIII, 12, 3 [= 11, 3 et 4 Haenel] (320 [?] Ian. 27 [31?]).

IDEM A. AD POPVLVM. Cum ius vetus ingenuas fiscalium servorum contubernio coniunctas ad decoctionem natalium cogat nulla vel ignorantiae venia tributa vel aetati, placet coniunctionum quidem talium vincula vitari, sin vero mulier ingenua vel ignara vel etiam volens cum servo fiscali convenerit, nullum eam ingenui status damnum sustinere, subolem vero, quae patre servo fiscali, matre nascetur ingenua, mediam tenere fortunam, ut servorum liberi et liberarum spurii Latini sint, qui, licet servitutis necessitate solvantur, patroni tamen privilegio tenebuntur. Quod ius et in fiscalibus servis et in patrimoniorum fundorum originariis et ad emphyteuticaria praedia et qui ad privatarum rerum nostrarum corpora pertinent servari volumus. Nihil enim rebus publicis ex antiquo iure detrahimus nec ad consortium huius legis copulamus urbium quarumcumque servitia; volumus ut civitates integram teneant nec [*imminutam*] interdicti veteris potestatem. Si vel error improvidus vel simplex ignorantia vel aetatis infirmae lapsus in has contubernii plagas depulerit, haec nostris sanctionibus sit excepta. DAT. VI KAL. SEPT. SERDICAE CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CONSS.

INTERPRETATIO. Ingenua, quae se fiscali servo iunxerit, sive sciens sive ignara, ipsa manebit libera, filii vero eius et Latini et spurii erunt, qui, quamvis liberi sint, iuri tamen obtingunt patronorum. Idem est et si servo emphyteuticario se sociarit ingenua vel patrimoniali aut ex privata re principum; excepto iure rei publicae, quod lex praesens voluit conservatum.

---

*T (incipit 13* ⌈ii kal.*) et Vaticanus reginae 520 f. 95, 3. Apud priores clausula cod. T seorsum numeratur. Ex Vaticano edidit primus Cuiacius a. 1566.*

2 ignorantiae] *Cui.*, ignorante *Vat.* 4 nallam *Vat.* 6 liberarum spurii] *scripsi*, spurii liberorum *Vat.* 8 patrimoniorum] *fortasse scr.* patrimonii nostri originariis] *scripsi dubitans*, origini cohercentes *Vat.* infitecaria *Vat.* 10/11 legis copulamus urbium quarumcumque seruitia uolumus] *scripsi*, legis uolumus u. quarumque s. copulamus *Vat.* 11 nec imminutam] *scripsi*, nec *Vat.*, *del. Cui.* 12 si] si quam mulierem *expectes* infirmo *Vat.* 13/14 dat. *(om. T)* ui (⌈ii *T*) k. febr. (sept. *T*) serdicae (sirdicae *Vat.*) constantino a. uii et constantio conss *T et Vat.*; *vide ad 3, 2, 1* 15 quae] qui *Vat.* 17 infiteuticiario *Vat.* se sociarit] *Cui.*, sociaret *Vat.* 18 iure pce quam lex *Vat.* conseruatum] *sic Vat.*, obseruatum *Cui.*

---

IIII, 12, 4 [= 11, 5 Haenel] (331 Oct. 6).

[*IDEM A.* *Q*]uaecumque mulierum post hanc legem servi contubernio [*se*] miscuerit, et non conventa per denuntiationes, sicut ius sta[*tu*]ebat antiquum, statum libertatis amittat. DAT. PRID. NON. OCT. [*BAS*]SO ET ABLABIO CONSS.

---

*T (sine numero).*

1 ⌈ u(?) a(?) ecumque *T*

---

IIII, 12, 5 [= 11, 6 Haenel] (362 Dec. 6).

(IMP. I)VLIANVS A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Senatusconsultum Claudianum fir(mu)m esse censemus omnibus constitutionibus, quae contra id latae (su)nt, penitus infirmatis, ut libera mulier, sive procurato(r)i sive actori privato sive alii cuilibet servili condicione (pol)luto fuerit sociata, non aliter libertate amissa nexu con(dic)ionis deterrimae adstringatur, nisi trinis fuerit denun(tia)tionibus ex iure pulsata. Quod quidem circa privatas personas (con)venit observari; nam eas mulieres, quae fiscalibus vel civita(tis

---

1 ·ulius *T* secundo] ii *Vat.* senatusconsultus *T*, senatum consultum *Vat.* 3 procuratori] *inter* to *et* i *tres fere litterae deficere videntur in T* quoslibet *T* 4 libertatem *T* *(vel T*ᵃ*)* 5 denunciociocnibus *Vat.*

s)ervis sociantur, ad huius sanctionis auctoritatem minime (pe)rtinere sancimus. DAT. ET P(RO)P(OSITA) IN FORO TRAIANI VIII ID. DEC. (MA)MERTINO ET NEVITTA CONSS.

INTERPRETATIO. Senatus consulti Claudiani auctoritas confirmatur etiam circa eas, quae procuratoribus et actoribus privatorum iunguntur, exceptis his, quae servis fiscalibus vel civitatum sociantur.

*T (sine numero); Vaticanus reginae 520 f. 95, 4; ex hoc edidit primus Cuiacius a. 1566.*

1 sanctionibus *(corr. m. rec.) Vat.* auctoritate *T* 2 u id. decbr. martino et neuterio conl *Vat.* 3 senati *Vat.* 4 actoribus *om. Cuiacius* iungent *Vat.* quae] qui *Vat.*

II, 12, 6 [= 11, 7 Haenel] (366 [?] Apr. 4).

(IMPP)P. VAL(ENTINI)ANVS, VAL(ENS) ET GRAT(IANVS) AAA. AD SECVNDVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si apud libi(di)nosam mulierem plus valuit cupiditas quam libertas, ancil(la f)acta est non bello, non praemio, sed conubio, ita ut eius (fili iu)go servitutis subiaceant. Manifestum est enim an(cil)lam esse voluisse eam, quam liberam esse paenituit. DAT. (PR)ID. NON. APRIL. TRIV(ERIS) GRAT(IANO) N. P. ET DAGALAIFO CONSS.

INTERPRETATIO. Si mulier ex contubernio servi fiat ancilla, filii quoque eius servi erunt.

*T (sine numero) et Vaticanus reginae 520 f. 95, 5; ex hoc edidit primus Cuiacius a. 1566.*

1 ualens] et u. *Vat.* 2 cupidas *T* 4 an***la *T* 5 treueris graciano nb p̄ et dagaleiffo conl *Vat.* — *Cum ad Secundum ppo Orientis rescriptum dari non potuerit Treveris, aut inscriptio corrupta est aut inscriptio et subscriptio male coniunguntur.*

II, 12, 7 [= 11, 8 Haenel] (398 Mart. 7).

(IM)PP. ARCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AA. AD ANATOLIVM P(RAE)F(ECTVM) P(RAETORI)O ILLYRICI. Cuncti provin(cia)les agnoscant, nisi trinis denuntiationibus liberae feminae servorum con(so)rtiis arceantur, nullo modo posse eas ad servitium deti(ne)ri. DAT. NON. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) HON(ORIO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Sine trina denuntiatione mulier servo iuncta non fit ancilla.

*T (sine numero) et Vaticanus reginae 520 f. 95, 6 (hic finiens); ex hoc edidit primus Cuiacius a. 1566.*

1 ad *om. T* praetorio *om. Vat.* illyrice *Vat.* 2 prouin***les *T (sic Peyron, hodie* le *deficiunt)* agnoscat *T (vel T*[a]*)* denuntiationibus *om. T* 3 arceatur *T* deteneri *Vat.* non.] *T*, ii nū *Vat.* 4 eutichchiano *Vat.* 5 denunciacicione *Vat.* iunctam *Vat.*

## XIII [= BREV. XI]. DE VECTIGALIBVS ET COMMISSIS.

*Tituli aut huius aut pracedentis (ubi vide) numerus est* XIIII *in T. — Iust.* 4, 61.

III, 13, 1 [= 12, 1 Haenel; BREV. IIII, 11, 1] (321 Iul. 1).

(IMP.) CONSTANTINVS A. AD IVNIVM RVFVM CONSVLAREM AEMILI(AE). Penes illum vectigalia manere oportet, qui superior in li(cit)atione extiterit, ita ut non minus quam triennii fine locatio (co)ncludatur nec ullo modo interrumpatur tempus exi(ge)ndis vectigalibus praestitutum. Quo peracto tempore licita(tio)num iura conductionumque recreari oportet ac simi(li m)odo aliis conlocari, || capitali sententia subiugando, quem (plu)s aliquid, quam statutum est, a provincialibus exegisse cons(tite)rit. DAT. K. IVL. CRISPO C. II ET CONSTANTINO C. II CONSS. || *fin. Iust.*

1 ad iunium (iouinum *G*[v]) rufum (rufinum *BGECPMQS*) *om. L* consolare *L*, consulem *O*, consulibus *E* aemiliae] italiae *NO*, emilitiae *S* paenis *N*, poenis *TL* 2 superius *L* litigatione *N* ita ut] aut *Q*[1], ita *Iust. (praeter W*[b]*)* quam *om. S* 2/3 tricennii *N* 3 finem *E* exigendi *BGE*, exigentis *N*[b], exigentes *N*[a] 4 praestitum *M*[a]*S*, prestutum *H*[b], prestum *H*[a] quo] quod *H*, cum *FPMLQS* peractio *S* licitationum] licitatio non *N* conductionemque *EXCPMLS*, conductio neque *N* recreari] segregari *G*[t] 5 ac] *NOE Iust.*, hac *TS*, hanc *FXCPMLQ*, ad hanc *BG* alios *BG* conlocare *PMLQS* subiungando *N*[a], subiungandum *HBGEXCPMQS*, subiucandum *L* quem] quae *G* 6 statum tum *L*[a], statum *S* a *om. H*[a]*E* prouinciales *PMLQ* 6/7 dat. k. iul. crispo c̄ *(om. HOGPMQS)* ii et *(om. XC)* constantino (costantiono *X*, constantio *O*) c̄ *(T, om. reliqui)* ii *(sic HNOS, om. T et reliqui) libri*

INTERPRETATIO. Vectigalia sunt, quae fisco vehiculorum subvectione praestantur, hoc est aut in litoreis locis navibus aut per diversa vehiculis merces deportant, cuius rei conductelam apud strenuas personas triennio esse praecipit, et continuo hanc exactionem aliis iterum permittendam, qui maiorem summam praestationis obtulerint. Ex qua conductione aut exactione si qui plus quam praeceptum fuerit exigere temptaverit aut mercatorem vel provincialem sub hac exactione gravare, periculo capitis se noverit esse damnandum.

*T [sine numero; quae deficiunt, uncis ( ) comprehenduntur].* — BREV. *(HNBGOEFX [text.] CPMLQ[text.] SK [redit* 2 cuius rei*]).* — IVST. 4, 61, 4.

1 subiectione *L* praestatur *N* 2 aut] cum aut *O* litore his *NBG*[t], litoriis his *E*, littoris *C*[2], litoribus *S* lotis *X* nauibus] conductoribus *PML*, a conductoribus *S*, nauibus conductoribus *G* per diuersa] qui *B* merces] mercis *NGE*[b], *om. E*[a] deportantur *O* conductela *S*, conducte iam *K* 3 strenuas] *NO*, extrenuas *E*, extraneas *BGCPMLSK* praecepit *libri* 4 praest. summ. *O* obtulerit *NGPMS*, obtulerunt *H* conductionem aut exactionem *E* 5 si qui] si quis *BO*, is qui *G* aut] *NBOES*, ita ut *H(?)GC*[1]*PMLK*, ita aut *C*[2] uel (seu *O*) prou. *om. O* 6 exactione] ex hac ratione *S* grauare] *HC*[1]*PMLSK*, grauauerit *BP*, grauauerint *F*, grauare ceperit *E*, grauare uoluerit (-rint *C*[2]) *NOC*[2] captis *G* se nouerit (-rint *CPMLK*) e. damnandum (damnandos *CPMLK*, damnatus *N*)] se damnandum nou. *O*

IIII, 13, 2 [= 12, 2 Haenel] (321 Iul. 13).

[*IDEM A.*] MENANDRO. Universi provinciales pro his rebus, quas ad u(su)m proprium vel ad fiscum inferunt vel exercendi ruris (gr)atia revehunt, nullum vectigal a stationariis exigantur. Ea vero, quae extra praedictas causas vel negotiationis gratia (portan)tur, solitae praestationi subiugamus. DAT. III ID. IVL. [*CRISPO*] II ET CONSTANTINO CONSS.

*T (sine numero; explentur desecta ex Iust.).* — IVST. 4, 61, 5.

1 Menandro] *mag. incertus* prouincialis *T* 2 nullum uectigal a] *Iust.*, nulla vectigal (*om.* a) *T* 3 ue(?)ro *T* praedictis *T*[a] gratia(?) *T* 4 [crispo] ii et constantino conss. *T*, crispo et cons. *Iust. (P)*; *requiritur* Crispo II et Constantino II CC. conss.

IIII, 13, 3 [= 12, 3 Haenel] (321 Aug. 1).

IDEM A. MENANDRO. Rusticanos usibus propriis vel culturae ruris [*neces*]saria revehentes vectigal exigi non sinimus: || capitali poe(na pro)posita stationariis et urbanis militibus et ˹Tertiis Augustan[*is*,] (quo)rum avaritia id temptari firmatur. || Pro ceteris autem [*rebus*,] quas quaestus gratia conparant vendituri, solitum eo[*s opor-*]tet vectigal agnoscere. DAT. K. AVG. CRISPO II ET CONSTANTIN[*O CONSS.*]

| IVST. |
| --- |
| \|\| *inc.* |
| ˹ceteris personis˺ |
| \|\| *fin.* |

*T (cum numero; explentur quaedam ex Iust.).* — IVST. 4, 61, 5.

1 Menandro] *mag. incertus* rusticano *T*

IIII, 13, 4 [= 12, 4 Haenel] (356 [360] Ian. 19).

IMP. CONSTANTIVS A. AD PROCLIANVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Praestatio [*vec*]tigalis maximam continens utilitatem tanta debet di[*ligen*]tia custodiri, ut adsiduis licitationibus sumat augmentum. [*Gra*]vitas igitur tua vetustae praestationis augmenta viribus [*fisci*] de titulis vectigalium servari iubebit. DAT. XIIII K. FEB. CO[*NSTANTINOPOLI*] CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO C. CONSS.

*T (cum numero).*

1 constantinus *T* 2 constinens *T*[a] 3 uetustae] *scripsi*, uetustate *T* [fisci] *Vesme*
4/5 *rescripta tria missa ad Proclianum proconsulem Africae (11, 1, 1 honor abest)*

| | | |
| --- | --- | --- |
| 4, 13, 4 | dat. XIIII k. Febr. Const. | Constantio A. VIII et Iuliano C. |
| 11, 1, 1 | dat. XV k. Iul. Const. | Constantino A. IIII et Licinio IIII |
| 11, 36, 10 | dat. XV k. Febr. Const. acc. X k. Aug. Karthagine | Constantio A. VII et Constante C. |

*apparet emissa esse sub Constantio (id quod argumentum 11, 1, 1 flagitat) die eodem, ni fallor a. 360 Ian. 18* Constantino A. X et Iuliano C. III conss. *Nullum enim alium annum reperies, ad quem consulatus hos probabiliter referas et quo item Constantius constiterit Constantinopoli.*

II, 13, 5 [= 12, 5 Haenel] (358 Iul. 14).

IDEM A. AD MARTINIANVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Divalibus iussis addimus f[*irmi*]tatem et vectigalium quartam provincialibus et urbibus Af[*rica*]nis hac ratione concedimus, ut ex his moenia publica res[*tau*]rentur vel sarcientibus tecta substantia ministretur. [****] EPISTVLA AD V(IRVM) C(LARISSIMVM) VIC(ARIVM) PRID. ID. IVL. CILIO DATIANO ET CERE[*ALE CONSS.*]

*T (numerus adest).*

3 sarcientibus tecta] *scripsi*, sarcientibus tectis *T*, sarciendis tectis *Peyron* 3/4 [data] *Peyron*, [missa] *Veeme: fuisse videtur* acc. epistula a v. c. vic., *quoniam Cillium in Africa situm est (cf. C. I. L. VIII p. 33)*

III, 13, 6 [= 12, 6 Haenel] (366 [368] Ian. 29).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VAL(ENS) ET GRAT(IANVS) AAA. AD ARCHELAVM COM(ITEM) ORIENT(IS). Ex) praestatione vectigalium nullius omnino nomine qu(ic)quam minuatur, quin octavas ⌜solite⌝ constitutas om(ne) hominum genus, quod commerciis voluerit interess(e, de)pendat, nulla super hoc militarium ⌈ exceptione facien(da). P(RO)P(OSITA) BERYTO IIII K. FEB. POST CONS. VAL(ENTINI)ANI ET VALENTIS AA. CONSS.

IVST. ⌜more solito⌝ ⌈ personarum

*T (numerus adest).* — IVST. 4, 61, 7.

2 comitem orientis] *quamquam sic est et in hac constitutione et in altera a. 369 10, 16, 2, collatis aliis duabus a. 369 (9, 21, 7—10, 21, 1) datis ad Archelaum comitem sacrarum largitionum, probabile est in illis notas* o̅r *substitutas esse pro* s̅ l̅ 3 constituas *T* 5 iiii] iii *Iust. (P)* 6 post conss. *(sic)* ual(entini)ani et ualentis aa. conss. *T, om. Iust.: tres reliquae leges ad Archelaum hunc datae cum sint a. 369, probabile est hanc quoque datam esse a. 368 Augustis illis II cos.*

II, 13, 7 [= 12, 7 Haenel] (375 [374] Sept. 7).

IDEM AAA. AD CONSTANTIVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Ex reditibus rei publicae o[*m*]niumque titulorum ad singulas quasque pertinentium c[*ivita*]tes duae partes totius pensionis ad largitiones nostras [*perve*]niant, tertia probabilibus civitatum deputetur expensis. [*DAT.*] VII ID. SEPT. MOGONTIACI P. C. GRAT(IANI) A. III ET EQVITI V. C. CONSS.

*T (numerus adest).*

2 partis *T* 3 [*perue*]niant *Veeme* 4 mobontiaci *T* aequiti *T* *Constantii huiusce extat epitaphium Salonis (C. I. L. III 9506) sic conceptum:* depositus Constantius v. c. ex proconsule Africae die prid. non. Iul. post cons. d. n. Gratiani Aug. III et Equiti v. c.; *itaque Constantius obiit a. 375 Iul. 6 neque in ipso magistratu; accedit quod primo vere a. 375 Valentinianus a partibus Rhenanis transiit ad Danuvianas. Quam ob rem probabile est in subscriptione pro postconsulatu substituendum esse consulatum.*

II, 13, 8 [= 12, 8 Haenel] (381 Iul. 6).

IMPPP. GRAT(IANVS), VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. PALLADIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). A legatis (gen)tium devotarum ex his tantum speciebus, quas de locis pr(opriis), unde conveniunt, huc deportant, octavari vectigal accipia(nt; quas) vero ex Romano solo, quae sunt tamen lege concessae, (ad pro)pria deferunt, has habeant a praestatione immunes ac l(iberas). DAT. PRID. NON. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI), ACC(EPTA) XII K. AVG. SYAGRIO ET EVCHERIO [*CONSS.*].

*T (numerus adest)..* — IVST. 4, 61, 8.

1 ual. grat. *Iust.* 3 unde conueniunt huc deportant] *Iust.*, conuenit ut hanc deportat *T* 4 tame *T*ᵃ

IIII, 13, 9 [= 12, 9 Haenel] (381—386 . . . .).

IDEM AAA. PALLADIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Ad v(irum) c(larissimum) Aegypti com(item) litteras dedimus co[*mmit*]tentes, ut sciant usurpationem totius licentiae submo . . . . . . . . . . . .

**IVST.**
**Usurpationem totius licentiae submovemus circa vectigal alabarchiae per Aegyptum atque Augustamnicam constitutum, nihilque super transductione animalium, quae sine praebitione solita minime permittenda est, temeritate per licentiam vindicari concedimus.**

*T* (*numerus adest; finit* 5 *in* submo). — IVST. 4, 61, 9.

3 co[mmit]tentem *Peyron*

## XIIII [= BREV. XII]. DE ACTIONIBVS CERTO TEMPORE FINIENDIS.

certo t. f. *om. O* — fiendis *X* — de uectigalibus et commissis *repetens G*

IIII, 14, 1 [= BREV. 12, 1] (424 Nov. 14).

IMP. THEOD(OSIVS) A. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Sicut in re speciali est, ita ⸢ad universitatem⸣ ac personales actiones ultra triginta annorum spatium minime protendantur. Sed si qua res vel ius aliquod postuletur vel persona qualicumque actione vel persecutione pulsetur, nihilo minus erit agenti triginta annorum praescriptio metuenda: eodem etiam in eius valente persona, qui pignus vel hypothecam non a suo debitore, sed ab alio ⸢ possidente nititur vindicare. ⸢Nam petitio finium regundorum in eo scilicet, quo nunc est,
1 iure durabit⸣. Quae ergo ante non motae sunt actiones, triginta annorum iugi silentio, ex quo conpetere iure coeperunt, vivendi ulterius non habeant facultatem. Nec sufficiat precibus oblatis speciale quoddam, licet per adnotationem, ⸢meruisse⸣ responsum vel etiam iudiciis allegasse, nisi allegato sacro rescripto aut in iudicio postulatione deposita fuerit subsecuta ⸢ conventio. || In eandem rationem illis procul dubio recasuris, quae post litem contestatam in iudicium actione deducta habitoque inter partes de negotio principali conflictu triginta denuo annorum devoluto curriculo tradita

**IVST.**
⸢de universitate⸣
⸢ per longum tempus
⸢nam . . . durabit⸣ *om.*
⸢promeruisse⸣
⸢ per executorem || *fin.*

1 impp. honorius et theodosius aa. *Iust.* ā (*om. O*) ascl. p̅p̅o̅ *om. L* post alia *ins. G* 2 re (rem *NEC*) speciali (speciale *NEC*, spiciale *X*, spiciali *LQ*, specialem *F*) est *libri*, in rem speciales *H*(?) *Iust.* (*plerique*), in rem specialem *Iust.* (*PLR*$^a$) ita] itam *X* uniuersatem *M*$^a$ personalis *GX* 3 accionis *G* ultra] ut ultra *GO* spacio *G*$^1$, spacia *G*$^2$, spatiorum *K* 4 ius aliquod] cuius aliquid *X*, ius ab aliquod *K* p.ostuletur *N*, postulatur *G*, protuletur *X*, prostuletur *C*$^a$ 5 qualiscumque *G* actioni *X* nilhominus *L* 6 agenti] a̅r̅g̅ *K* triginta (trigita *L*) annor.] a. tr. *O* perscriptio *GEQK* metuendae *N* eadem *H* 7 in *om. K* apotecam *H*, yphoticam *N*, hipoteticam *O*, epotheca (*adscr.* id est cellarium) *G* 8 a *om. G* dobitore *M* 9 recundorum *S* quo] quod *C*, in quo *O*, qui *S* nunc *om. O* 9/10 est iure . . . . 11 silentio *om. F* 10 durauit *NGES* quae] qui *N* ergo] eo *G* non *om. H* motae] mota *K*, mutate *S* accionis *G*, questiones *O* 11 conpetere] compete *G*, *om. H*$^a$ 13 obligatis *H* speciale] speciali *GPMQS*, specialiter pro *H* per (pro *E*) adnotationem (-ne *G*)] in notatione *H* 14 iudiciis . . . 15 iudicio] iudicibus *H* 14 allegasse nisi] alligassent si *NG* 14/15 allegatos agros *G*, adlegatos hoc ro *K* 15 aut] ut *S* 16 eadem *HNGEXL*, eundem *K* ratione *HNGE* illis] illius *GXPMLQSK*, illi *H*, *om. N* 16/17 procondubium *N* 17 recusares *N*, recasurum *H*, recusari *G* quae . . . . 18 habitoque *om. G* 17 contestam *M*$^a$, contestatum *S* iudicio *H* 17/18 actionem *NK* 18 deducta] d. sunt *N* habituque *S* partes] paces *G*$^a$, rapaces *G*$^b$ pricipali *L*, pali *H*$^a$ 19 conflictum *NMLQK*, conflicto *G* denuo] dinuum *N* euoluto *O* curricula *X* tradita] *H*(?)*O* *edd.*, traditae *NGEXCPMLQSK*

2 oblivioni et diuturno silentio conprobantur. || Non sexus fra-
gilitate, non absentia, non militia contra hanc legem defen-
denda, sed pupillari aetate dumtaxat, ⌜quamdiu⌝ sub tuto-
ris defensione consistit, huic eximenda sanctioni. Nam cum
ad eos annos pervenerit, qui ad sollicitudinem pertinent cura-
toris, necessario ei similiter ut aliis annorum triginta inter-
3 valla servanda sunt. Hae autem actiones annis triginta
continuis extinguantur, quae perpetuae videbantur, non illae,
4 quae antiquitus ⌜fixis⌝ temporibus limitantur. || Annorum
autem curricula ita numerari conveniet, ut et illa in dimensionem tempora redigantur,
5 quae ante nostrae mansuetudinis sanctionem iugi taciturnitate fluxerunt. Verum ne qua
otioso nimis ac desidi querimonia relinquatur, ei, qui se fiducia perpetuitatis actionem
non movisse commemorat, decem post hanc legem annorum spatia continua superioribus
addi praecipimus, ut, si quidem ante sanctionem hac lege praefinitos annos decurrisse
patuerit, praeter ea tempora quae manarunt decem actori annorum spatia prorogentur,
ita ut tempus illi hoc continuum ex legis tempore numeretur. Quod si decem illi anni
superesse videbuntur aut amplius, ulterius eum nihil desiderare conveniet, sed proprio
labsu temporis decurrente ad triginta usque consummationem debere suo spatio esse con-
tentum; sin annos quidem restare non dubium est, sed infra decem eorum intervalla con-
cludi, nihilominus etiam sic eum spatium tantum oportebit
accipere, ut decem integer numerus conpleatur; || ⌜postque
hanc definitionem⌝ nulli movendi ulterius facultatem patere
⌜censuimus⌝, etiamsi se legis ignorantia excusare temptaverit.
DAT. XVIII KAL. DECEMB. CONSTANT(INO)P(OLI) VICTORE V̄. C̄. CONS.

IVST.
|| *redit*
⌜quamvis⌝
⌜*om.*⌝ | || *fin.*

IVST.
|| *redit* | ⌜post hanc uero temporis definitionem⌝
⌜censemus⌝

INTERPRETATIO. Haec lex, licet in reliquis rebus fuerit abrogata, propter hoc tamen ut poneretur oportuit, quia de tricennio loquitur, quod pupillis, quamdiu sub tutoribus agunt, non debeat inputari, sed, ubi ad eos annos pervenerint, quibus curatores habere possint, id est vir ad quintum decimum et puella ad tertium decimum annum, ex eo in causis eorum tricennalis actio, quemadmodum omnibus, subputetur: sicut et novella Valentiniani testatur, quae videtur

1 obliuione *N* et] ex *H(?)G edd.* conprobatur *G* 1/2 fragilitatem *NXC*, fragilitatis *ES* 2 milia *G* 2/3 defendendam *EXCPML QSK* 3 sed pup. (pupillaria *EK*) aet.] sub pupillaritate *G* sub] sui *N* 3/4 tutores *X* 4 defensionem *PM* consistet *N* sanctioni] sunt *XC* nam] etiam *GFPMLQK* 5 qui ad] quia *S* 5/6 curatores *NG* 6 necessaria *E* eis *HG Iust.* ut] et *G* tr. ann. *O* 7 hae] haec *HGEXLSK*, ea *N* accionis *G* annis *om. G* 8 continuis *om. H* quae] quod *C*, qui *G* uidebatur *H* illa *GPMLSK* 9 quae] qui *E* imitantur *X* 10 numerare *L* conuenit *S* dimensionem] dimensione *K*, demensionem *HN*, diminutione *G* redigantur] redicantur *X*, reducantur *H(?) edd.* 11 ante] ad *H*, antea *G* uerum] utrum *X* ne qua] ne quam *X*, inaequa $L^{b}$, neque prestent *H*, *inc.* $L^{a}$ 12 desidie *E* relinquantur *K* fiduciam *NGS* perpetuitates *N* 13 post *om. G* hac *N* 14 addi] adire $E^{v}$ praecepimus *N* quidem] quis *H* sanctione *Q* hac (*om. O*) lege] hanc legem *H* praefinitor *G* decucurrisse *O* 15 ea *om. G* manarum *K* actori (acturi *NE*, actoris *XCPML*, auctoris *QSK*, acturis *G*) ann. sp.] ann. sp. act. *O* prerogentur *E*, prorogantur *H*, protegentur *LK* 16 ita ut tempus illi] id autem pusilli *K* continuum (continuam *L*, continuo *GE*) . . . decem illi *om. in sp. vac. C* temporis numerentur *G*, t. nominetur *K* illi anni] illi annis *K*, illis annis *G*, illinnis *X* 17 uideantur *G* alterius *G* nihil eum *E* conueniat *H*, conuenit *S* 18 decurrente] decurrens et *G* ad] a *ELK* usque] usque ad *N*, usa *G* consummatione *GC* spatium *G* 18/19 contentu *X*, contemtu *K* 19 sin] si in $NE^{b}XCS$, si *HGPMLQK* restare] *H(?)O edd.*, prestare *NGEXCPMLQSK* sed *om. G* decem] iidem *G* 20 sic . . . 21 integer *om.* $Q^{1}$ 20 sic] si *FPMLQSK*, *om. G* tantum] tamen $C^{1}$, *om. GPMLQK* oportebat *N* 21 integri *GE* numero *G* postque] *O*, postquam (-qua *L*) *reliqui* 22 hanc] $HGOC^{a}K$, hac *reliqui* definitionem] *HNGO* $C^{a}LK$, adfinitionem *X*, definitione *reliqui* ulterius] uel ulterius *X* facultate *HX*, facile *FPMLQK*, facere *G* patere] parare $E^{v}$ 23 se *om. EK* ignorantiam *E* 24 dat. xuiii (xuii *NF*, uiii *K*, uiiii *Iust. [PL]*) k. dec. constantinopoli (-lim *H*, constanti imp̄ *X*, constantio et *E*, *om. L*) uictore (*om. F*) uc̄ (uiro claro *S*, et symmacho $C^{2}$, *om.* $GC^{1}$) *libri* 25 rebus] legibus $C^{2}$, *om. H* adrogata *N*, obrogata *G* hoc *om.* $K^{a}$ 26 ponetur *N* de *om. H* quo *L* agunt *om.* $H^{a}$ 27 debeant *NG* inportari *PMK* ad . . . id est *om. L* possint] possunt *G*, possent *H(?)L* 28 puellam *N* ex eo] exeunt $E^{v}$ tricinalis *H*, tricennales *G*, tricinis lis *N* 29 quae ammodum $C^{1}PM$ supputentur *H*, subpetetur *M* ualentiani $HG^{a}$, datur u. *LK*

haec obscurius inter cetera posuisse, quae tamen ita dicit: 'excepto privilegio pupillaris aetatis, quod divae memoriae patris nostri Theodosii lege concessum est, intra eadem tempora terminentur'. Nam et hoc lex ista evidenter exponit, ut, sicut illa quae perpetua erant ad tricennium iussa sunt revocari, ita omnes causae, quibus infra tricennium tempora constituta sunt, suis quibusque locis et temporibus observentur, hoc est, ut, quaecumque seu de vicennio seu de decennio seu de quinquennio seu de anni spatio posita sunt et his similia nullatenus ad tricennium perducantur.

---

BREV. *(HN[B om.]GO[int. mutata]EFCX[text.]PMLQ[text.]SK)*. — IVST. 7, 39, 3. — THEODERICVS 12.

1 haec *om. GC*$^1$*PMLSK* obscuris *G* inter] in *G* ceteras *K* dicet *G*, uidetur *K* aetates *N* 2 quod *om. N* diuae] *GCPMLS*, diuinae *N*, diuae hergo *H*, diui *OE* memoria *K* lege] longe *K* intra] usque hic intra *L* 2/3 terminetur *HNL* 3 hoc] in hoc *NE*$^a$*(?)* euidenter] uehementer *N* exponet *NPMLK* ut *om. H* perpetue sunt *G* a tricennium *PM*, a tricennio *GK* 4 iussa . . . tricennium *om. GL* reuocari] reuocare *K*, reuo *H*$^a$ quibus *om. H* tempore *G* 5 quibusque] quibus *LS* ut *om. G* quicumque *H* uicensimo *N* 5/6 seu de decennio *om. GC*$^1$*PM LSK* 6 et] ut *N* 7 perducatur *NPML* *Interpretatio sic mutata est in O:* Explanatio. Ubi pupilli ad eos annos pervenerint, quo curatores habere possint, id est vir ad XV$^{um}$, puella ad XIII$^{um}$, ex eo in causis . . . . testatur, quae videtur hoc obscurius posuisse dicens excepto . . . concessum est.

## XV [= BREV. XIII]. DE QVINQVENNII PRAESCRIPTIONE.

quinquennium *X*, quinniae *N* — perscriptione *BGES*

IIII, 15, 1 [= BREV. IIII, 13, 1] (421 Iul. 8).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Conpetitorem quinquennii possessor eliminet: debet enim iuxta Constantinianae legis indultum hoc privilegio petitor arceri, quo fiscus noster excluditur. Quod si quando fortassis emerserit, ordinarios iudices conpetitionis obreptione rescissa tuitionem pulsatis praestare iubemus enixam, quibus tamen lustralis aderit absque interpellatione possessio. DAT. VIII ID. IVL. RAV(ENNA) EVSTATHIO ET AGRICOLA CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque rem fiscalem per quinquennium possedisse probatur, ita ut a nullo exinde fuerit expulsus, et hanc ipsam rem aliquis sibi petere a principe voluerit, possidenti in tantum lege consultum est, ut etiam tuitionem ferre possessori iudicem iusserit et conpetitionis constitutionem ordinaverit rescindendam, si tamen ille qui possedit sine ulla inquietudine per quinquennium se docuerit possidere, quia hoc spatio temporis ab eo, qui sine molestia possedit, etiam fiscum suum iussit excludi.

---

BREV. *(HNBGO[om. int.]EFX[text.]CPMLQ[text.]SK)*.

1 palladio *om. G* post alia *om. H* 1/2 competitore *E* 2 inluminet *S* iusta *HS* constantinae *N*, constantiniana *K*, constantianae *F* 3 priu. petitor (possessor *BG*$^v$)] pet. pr. *H* arceri] arciri *NS*, arcari *PM*, artari *LQK* quo] quod *L* excludetur *XC* fortasses *N*, fortasse *HBGE*, forte *O* 4 ordenarios *M*, ordinarius *NBGXC*, ordinario *S*, ordinatorios *F* iudex *BG* conpetitiones *NX* obretione *L*, obreptiones *E* recessa *N* tuitione *NES* pulsatus *G* praestari *B*$^t$*O*, praestet *B*$^v$ 5 inexam *NE* lustrales *N* absque] adque *X*, sine *O* possio *P*$^a$ 5/6 dat. uiii (uiiii *G*, uii *BQ*) id. (kl. *B*) iul. rau. eustatio *(O*, eustasio *plerique*, eutasio *S)* et agricola (agricula *NES*, agricole *BG*) *libri* 8 expusus *L*, pulsus *C*$^1$ petere] pere *H*$^a$, petierit *BG*, petere actiones *K* a principe *ante* aliquis *H* uoluerit *om. BG* 8/9 possidendam *HEC*$^2$, possidendi *BG* 9 ut *om. H*$^a$ tuitione *L* ferre] referre *G* possessioni *N* iudex *B*$^2$ 10 possidet *HNEK* 10/11 inquietune *L* 11 quia hoc spatio (spatium *S*)] quod (?) hoc spatium *C*$^2$

## XVI [= BREV. XIIII]. DE RE IVDICATA.

'in libro theodosiane legis cap. xiiii de re iudicata' *D ad 4, 16, 2.* — rei *E* — uindicata *O.* — *Iust.* 7, 52.

II, 16, 1 (319 Dec. 26).

IMP. CONSTANTINVS A. AD PROCVLVM. ˹Preces et˺ impetrata rescripta non placet admitti, si decisae semel causae fuerint iudiciali sententia, quam provocatio nulla suspendit, sed eos, qui tale rescriptum meruerint, etiam limine iudiciorum expelli. DAT. VII KAL. IAN. CONSTANTINO A. V. ET LICINIO C. CONSS.

| IVST. |
|---|
| ˹preces et˺ *om.* |

APP. I, 20 *Krueger (codd. ELK, item Ottobon. 2225, Montisp. 84, Paris. 4419)* 'Theodosiani lib. IIII *[sic Ott. Par.]* de re iudicata'. — IVST. 7, 50, 3. — *Edidit primus Cuiacius a. 1566.*

1 contantinus *K* ā *L Par., om. rel.* Proculum] *proconsulem Africae* et] *LK Par.*, sit *E Ott. Mont.* inpetrare *Mont.*, impetrā *Ott.*, imperata *K* 2 admittit *E* iudiciale *E*, iudicialia *LK*, iudicialis *Par.* 3 qui tale] qui tali *Ott. Mont.*, uitale *Par.*, uitali *E* liminet *L*, lumine *E*, liminii *K* 4 dat. (p̄p̄ *K*) uii *(om. LK)* k. ian. const. a. u *(hic finit L, om. Iust. [Russ.])* et lic. c̄ *(sic Ott. Mont.*, q *K*, ā *E*, aa cc *Iust. [Russ.], om. Par.) libri*

II, 16, 2 [= BREV. IIII, 14, 1] (379 Sept. 22).

IMPPP. GRAT(IANVS), VALENTIN(IANVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. AD POTITVM VIC(ARIVM). POST ALIA: ˹In˺ privatorum causis huiusmodi forma servetur, ne quemquam litigatorum sententia non a suo iudice dicta constringat. DAT. X KAL. OCTOB. ROM. AVSONIO ET OLYBRIO CONSS.

| IVST. |
|---|
| ˹et in˺ |

INTERPRETATIO. In causis privatorum talis ratio observetur, ut nullus alterius iudicis nisi sui sententia teneatur.

BREV. *(ND f. 213ᵛ BGO[om. int.]EX[text.]CPMLQ[text.]SK).* — IVST. 7, 48, 4.

1 et] e *L* ad potetum *B*, pontio *L*, ad optatum *C²* uic] *PC*, uicum *E*, uicari *M*, ūc *GXLQK*, uir *N*, uiro claro *S*, uirum c̄la *B²*, *inc. B¹* 2 post] piu *X* firma *N* *post* seruetur *ins.* ut nullus alterius *(add.* iudicis *B²) BG* ne *om. Gᵇ* quemquam] quequod *L* 2/3 litigator *X* 3 sententiam *EL* a suo] ad suo *LQ*, ad *M²*, *inc. M¹* constrigat *E*, consurgat *BGᵛ* 3/4 dat. [*immo* p̄p̄] x *(sic etiam Iust. [Lᵇ], xi Iust. [Greg. magn.], om. N)* k. oct. rom. auxonio *(sic BGM²QSK*, auxanio *P*, ausonio *reliqui, inc. M¹)* et ol. *libri* 5 iudices *NSᵃ*, iudex *Gᵇ* 6 sua *G²K*

## XVII [= BREV. XV]. DE SENTENTIIS EX PERICVLO RECITANDIS.

ex (et *G*) periculo (pariculo *PM*, periculis *G*) recitandis *(D [ad 4, 17, 3] BG Iust.*, recitatis *N ECXPMLSK et App. [ad 4, 17, 1]) om. O* — *Iust.* 7, 44.

III, 17, 1 (374 Dec. 3).

IMPPP. VALENTIN(IANVS), VAL(ENS) ET GRAT(IANVS) AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Statutis generalibus ˹iusseramus˺, ut universi iudices, quibus reddendi iuris in provinciis ˹permittimus˺ facultatem, cognitis causis ultimas definitiones de scripti recitatione proferant. Huic adicimus sanctioni, ut sententia, quae dicta fuerit, cum scripta non esset, ne nomen quidem sententiae habere mereatur, nec ad rescissionem perperam decretorum

| IVST. |
|---|
| ˹iussimus˺ |
| ˹permisimus˺ |

1 ualens] et u. *L* 2 statuas *Ott.* iusseram *E* ut *Ott. Mont.*, *om. ELK Par.* iudicis *Mont.* 3 reddendis *Ott. Mont.* iures *E* 4 causas *K* ultimas] ultima his *L* definitionis *K*ᵃ *Ott. Mont.*, diffinitionis *E* de scripti] rescripti *K*, describere *Ott. Mont.* profer̄ *K* 4/5 adicimus] diducimus *L* 5 sanctione *Ott. Mont.*, sanctiones *E* dicta] lecta *K²*, lata(?)*K¹* cum scripta] conscripta *Par.* 6 ne] nec *Iust.* sententia *K* mereantur *K* rescessionem *EL*, recessionem *K*, recissionem *Ott*, rescensionem *Par.*

appellationis sollemnitas requiratur. DAT. III NON. DEC. TREVIRIS GRATIANO A. III ET EQVITIO V. C. CONSS.

APP. I, 21 *Krueger (codd. ELK, item Ottobon. 2225, Montisp. 84, Paris. 4419)*: 'titulo de sententiis ex periculo recitatis'. *HINCMAR opp. 2, 501*: leges .... sanciunt, ut vilissimis testibus etiam sine corporali discussione credi non debeat *[Th. 9, 37, 4?]* et item in libro sexto titulo decimo nono inter alia praecipitur, ut sententia si sine scripto dicta fuerit, nec nomen sententiae habere mereatur. *Numeros libri et tituli Hincmarus videtur ponere voluisse adsumpto breviario, corruptos eos esse aut ipsius errore aut librariorum.* — IVST. 7, 44, 3. — *Edidit primus Cuiacius a. 1566.*

1/2 dat. iii (id. *E Par.*) non. (nom. *E, om. Par.*) dec. triu. (trium *K Ott.*, *om. L*) grat. *(hic finit L)* a. *(om. E)* iii et equitio (aequiti *Par.*, auentio *K*) uc (uic *Par.*, us *E*, *om. K*) *libri* intp non eg *add. L*

IIII, 17, 2 [= 3 Haenel] (382 Aug. 23).

IDEM AAA. AD CLEARCHVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Iudex in proferenda sententia quae iurgantibus prosit, ad plenum recenseat, quidquid negotii fuerit inlatum, quod senserit scribat et relegat, ne per errorem iudicis iterum a primordio novae litis sortiantur eventus. DAT. X KAL. SEPT. CONSTANTINOPOLI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

APP. I, 22 *Krueger (codd. ELK, item Ottobon. 2225, Montisp. 84 [pleraque desunt charta lacera] et Par. 4419) post 4, 17, 1. — Edidit primus Cuiacius a. 1566.*

1 impp. grat. ualent. et *(om. Ott. Mont.)* theod. *libri* ad clearco *Par.* 2 iurgantur *K* quiquid *L* prosit] *Ott. Mont.*, posait *LK Par.*, posset *E* recenseat] irecenseat *Par.*, recensere *Ott. Mont.* negotium *E Par.*, negotio *LK* 3 religat *Ott.* ad primordia *Par.* nouos *EK*, nouus *Ott.*, *def. Mont.* lites *EL*, adesse *K (sic)* sortiantur] *Ott.*, sentiantur *ELK*, *def. Mont.* 4 constantinopoli *om. L* antonio] honorio *libri* et syagrio *om. L*

IIII, 17, 3 [= 2 Haenel; BREV. IIII, 15, 1] (382 Dec. 17).

IMPPP. GRAT(IANVS), VALENTIN(IANVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. CLEARCHO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Parere sublimitatem tuam nostris legibus convenit, ut in omnibus negotiis ex periculo promatur deliberationis plena sententia. DAT. XVI KAL. IAN. CONSTANT(INO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

INTERPRETATIO. Observare iudices specialiter debent, ut in omnibus causis sententia, quae deliberata fuerit, constitutis pariter partibus recitetur, ut ab his, a quibus causa dicta est, ad integrum, quae data fuerit sententia, cognoscatur.

BREV. *(ND f. 213' BGO[om. int.]EFX[text.]CPMLQ[text.]SK).*

1 ualentin. ualens et *(om. BG)* grat. *BGXCP MQS*, ualentinus theod. ualente *L*, idem *O* clyarco *N*, cleriarco *K* ppo] *NDL*ᵃ, pfp *C*, ppu *L*ᵇ*E*, pu *FPMSK*, ppo (po *G*) urbis *BG* 2 pariculo *PM*, periculis *G* 3 liberationes *N* 3/4 dat. xui (xu *GK*) k. ian. (iun. *G*) const. ant. et *(om. B)* syagrio (siacrio *G*) *libri* 5 iuces *L* 6 institutis *BG*ᵛ par. part.] part. par. *B*, parentibus *K* est *om. E*ᵃ 7 data] dicta *D* fuerat *N*

IIII, 17, 4 (384 Nov. 29).

IDEM AAA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Sententia non valeat, quae ex libello data non fuerit. DAT. III KAL. DEC. MEDIOLANO RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

APP. I, 23 *Krueger (codd. EL[finit in* libello data*]K, item Ottobon. 2225, Montisp. 84, Paris. 4419) post 4, 17, 2. — Edidit primus Cuiacius a. 1566.*

1 idem (item *E*) aa] aa *Ott.* *(iungens cum subscr. praecedente, ut fiat* honorio et syagrio aa.), *om. Mont.* pu] pptu *Par.* sententia] sententia rei donationis *E* ualet *K* 2 data] lata *Mont.* furit *K* dat. iii *(om. E Par.)* k. dec. med. *(om. Ott. Mont.)* rich. et clearcho (ciliarco *Par.*) *libri*; *subscr. om. K*

II, 17, 5 [= BREV. IIII, 15, 2] (386 Mart. 23).

IDEM AAA. TIMASIO COM(ITI) ET MAG(ISTRO) EQVITVM. Condicio praeceptorum partibus praesentibus habita non potest inmutari. DAT. X KAL. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) HONORIO N̄. P̄. ET EVODIO CONSS.

INTERPRETATIO. Quidquid praesentibus partibus in causis fuerit ordinatum, habebit plenissimam firmitatem, nec poterit inmutari.

---

BREV. *(ND f. 213ᵛ BG[O om.]EFX[text.]CPMLQ[text.]SK).*

1 tamasio *L*, thymatio *E*, timotheo *G* comiti] cons̄ *N* mag̅] magni *K* praefectorum *D* 1/2 part. praes.] pariter quaesentibus *N* 2 inmutare *X* 2/3 dat. x *(om. G)* k. apr. const. *(om. D)* hon. n. p. (nobilio p̄ *S*, uiiii p *XCP MQ*, uiii sp *F*, uiiii *DEK*, uiii *B*, uii *G*, *om. N*) et euodio (euuodio *N*, ebodio *E*, eubodio *B*, eudio *S*, euocio *G*) *libri* 4 in caus. part. *BG* 4/5 plen. hab. *C*

# XVIII [= BREV. XVI]. DE FRVCTIBVS ET LITIS EXPENSIS.

'theodosius in lib. iiii legis cap. xui de fr. et l. exp.' *D.* — lites *NB*, talis *D.* — *Iust.* 7, 51.

III, 18, 1 [= BREV. IIII, 16, 1] (369 Apr. 25).

IMPP. VALENTIN(IANVS) ET VALENS AA. OLYBRIO P(RAEFECTO) V(RBI). Litigator victus, ⌞quem invasorem alienae rei praedonemve constabit, sed et⌟ qui post conventionem rei incubarit alienae, non in sola rei redhibitione teneatur nec tantum ⌞simplorum⌟ fructuum praestationem aut eorum quos ipse percepit agnoscat, sed ⌞duplos fructus et⌟ eos, quos percipi oportuisset, non quos eum redegisse constabit, exsolvat. ⌞Et praedoni quidem ratio a die invasi loci usque ad exitum litis habeatur; ei vero, qui simpliciter tenet,⌟ ex eo, ⌈ quo re in iudicium deducta scientiam malae possessionis accepit. Heredis quoque succedentis in vitium par habenda fortuna est. || Addimus etiam, ut inpensas sumptusque litis re ad finem deducta petitoribus praestent. Ac ne ipsos quidem petitores, qui inanes lites et iurgia non movenda ingerunt possidentibus, ab istius cautionis merito segregamus; iubemus enim, ut, si intentio petitoris inproba iudicetur, praestet possessori sumptus, praestet inpensas, quas eum toto litis tempore sustinuisse claruerit, etiamsi super hac re ex-

IVST.
⌞quem ... sed et⌟ *om.*
⌞simplorum⌟ *om.*
⌞duplos fr. et⌟ *om.*
⌞et praedoni ... tenet⌟ *om.*
⌈ ex
|| *fin.*

---

1 ualentin̄ (ualente *L*) et *(om. K)* theod. *PML QK: debuit addi* Gratianus aa *om. O* elybrio *N* 1/2 p̄u] *FPMLSK Iust. (PL)*, p̄f ur̄b *App.*, p̄fo ur̄b *B*, prefecto urbis *G*, pp̄o *NDE Iust. (SCRM)*, p̄fp *C*, p̄p *Q* 2 litigatur *M* nictos *L* 2/3 inuasorem (uasorem *N*) alienae (aleenae *K*) rei praedonemue (*sic NDBS*, praedonemque *G*, praedonem ut *XC²*, praedonemue esse *Eᵇ*, praedonem *EᵃC¹PMQK*)] alienae rei praedonem inuasoremue esse *O* 3 constabat *G* 3/4 incubaret *NE*, incubant *D (220)*, incubat *BG* 4 aliena *G* in *om. DO* re(h)ibitione *NDO*, minoratione *FPMQK*, menoratione *L*, in minoratione *Gᵛ* 5 fructum *QK* praestatione *B* 6 percipit *G*, praecepit *LᵃK* duplus *NM* fructos *EK* et *om. L* quos *om. K* 7 percepi *NS*, praecipi *L* oportuisset] *NDBOE*, oportuisse *GCPMLQSK*, *variant item libri Iust.* redigisse *DEGSK* 8 praedonis *BG* a] ex *N* locusque *C* 9 litis (-tes *N*) habeatur] liti debetur *S* uero *om. X* tenet] tenet et *E*, tenuit *G* 10 quod *G* re] rem *S*, res *FNELQK* iudicio *G* deductam *S* scientia *N*, sententiam *E* 11 heredis q. succedentis] *Iust. edd.*, heredes q. succedentes *reliqui*, circa heredes q. succedentes (succendentes *D*) *DO* 11/12 par (opar *L*) habenda (habendi *GPMLK*)] perhibenda *S* 12 fortuna] forma *O* addemus *NBᵃ(?)XCPMLK*, addidimus *G* inpensa *S*, expensas *G* sumptosque *NBGE* 13 lites *N* rem *GD (220)*, rei *S* praestent] praescient *N*, *om. K* ac] hanc *E* inanis *NK* 14 litis *K* iugia *K* ingerent *PMLK*, ingerant *N*, ingerint *S* ab] auis *N* istius] ipsius *edd.* cautione *GᵗPMLK*, auctionis *Gᵛ* merito .... 15 petitoris] meritoris *L* 14 segregantur *C¹* 15 petitores *NX* possessori] et possessores *N*, *om. App.* sumptos *NBGE App.* 15/16 praestet] praestet et *N* 16 inpensas] expensas *OM²* totu *L* lites *N* claruerit] claruit *N*, crediderit *GᵗFPML QSK* haec *K* 16/200, 1 inpressior *S*

pressior cesset sententia iudicantis. DAT. VII KAL. MAI. TREVIRIS VALENTINIANO N. P. ET VICTORE CONSS.

INTERPRETATIO. Quisquis rem alienam male possederit, si in iudicio fuerit superatus, quod rem sibi non debitam occupare praesumpsit, sed et ille, qui conventus a certo domino reddere pervasa noluerit, non solum pro hac ipsa re reddenda, cum superatus fuerit, teneatur, sed fructus rei ipsius duplos ex eo tempore, quo res pervasa est, cogatur exsolvere, non quales se ipse dixerit collegisse, sed quales per diligentem culturam consequi proprii domini utilitas potuisset. ille etiam, qui rem alienam scienter usurpare praesumpserit, a die invasi loci usque ad consummatam litem simili ratione exigatur. Nam qui simpliciter sine praesumptione aliquam rem tenuerit, ex eo similiter solvat, ex quo re in iudicium deducta quod rem male possideat conscientiam ipsius coeperit non latere. Heredes quoque eorum in his damnis, si victi fuerint, quibus auctor ipsorum, simili modo succumbant. Addimus quoque, eiusmodi personis ut et sumptus et expensas litis ex eo die, a quo de tali re coeperit litigari, usque dum finiatur, pulsantibus reddant: nam et ipsi, qui alios possidentes pulsare temptaverint, si ea in iudicio repetant, quae sua probare non possint, similiter sumptus et expensas litis pulsatis possessoribus reddant, quantum eos toto litis tempore perdidisse constiterit.

BREV. *(ND f. 213 = 220' BGO[om. int.]EFX[text.]CPMLQ[text.]SK).* APP. II, 5 *Krueger (codd. E et Berol. 270)* 'ex corpore theod. . . . ad locum' *inscr. et subscr. et* 199, 15 iubemus *ad finem.* — IVST. 7, 51, 2. — BVRG. R. 8, 4. 35, 3.

1 cesset] *NEOS*, cessit *D (cum marg.:* 'in reg cessit'*) XCPMLQK App.*, recessit *BG* indicantes *N*, iudicantur *E* 1/2 dat. uii (ui *BO*, iii *Iust.* [*PL*], uiii *App.*) k. mai. (mar. *NDK App. Iust.* [*PL*]) treu. (triu *PM*, triueris *B*, raun *NK*) ual. n p (nb p *NC*, nob p *X*, uiiii p *FPMSQK*, nouies *App.*, uiii *BG*, aug. *O*, *om. DE*) et *(om. $G^a$)* uictore (uictori* *S*, uictoro *K*) *libri* 3 quisquis] si quis $GC^1$ 4 praesumpserit *D* et *om. E* conuentus] c. est *L*, contentus $G^v$, conuictus *S* 5 persuasa $C^1$, inuasa $C^2$ re *om. EK* 6 duplus *N* ex *om. L* quod $C^1$ persuasa $C^1$ se *om. K* 7 colligis *K* sed] se *L* 8 illi $NEC^1$, et illis *D* etiam] enim $C^2$ scientes *NDBGC*, sciens *ES* praesumpserint *NDBGECPM* a] ad *L* 9 similis ratio *NDEC* exigantur *BG* aliqua *DCPMK* 10 similiter] simpliciter *GS* quo] qua *E* res *G* iudicio *N* 10/11 conscientia *E* 11 ipsius *om. N* eorum] ipsorum $E^v$ si uicti] sicuti *K* 12 quibus] a quibus *K* ipsorum] eorum *E* addemus *CPMLK* ut] ui *N* et *om.* $E^a$ 13 sumptos *NGE* et *om. E* lites *NE* coeperint *edd.* litigare *GK edd.* finiatur] fruatur $C^1$, finiantur $C^2$ 14 reddat *PM* ipse *N* qui] qu *L* possidentibus *G* 14/15 repetantur *G* 15 sumptos *NE* et *om. L* exp. lit. (lites *E*)] lites exp. *N* pulsantibus *N* 16 quanto *B* toto *om. S* lites *N* consisterit *N*, constiterint *K*

IIII, 18, 2 [= BREV. IIII, 16, 2] (423 Mart. 30).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Terminato transactoque negotio posthac nulli actio neque ex rescripto super sumptuum repetitione praestetur, nisi ⌜cognitor,⌝ qui de principali negotio sententiam promulgavit, cominus partibus constitutis iuridica pronuntiatione signaverit victori causae restitui debere expensas aut super his querellam iure conpetere. Post absolutum enim dimissumque iudicium nefas est litem alteram consurgere ex litis primae materia. DAT. III KAL. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

⌜iudex⌝ IVST.

